

Franckesche Stiftungen zu Halle

Liber Latinus In Vsum Puerorum Latinam Linguam Discentium Editus

Büsching, Anton Friedrich

Berolini, 1767

VD18 1347295X

Bombyx.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-190266

pullos habent, vel rubras sordes, nam sunt mali saporis, et succo suo mella corrumpunt. Deinde ubi liquatum mel in subiectum alueum defluxit, transfertur in vasa fictilia, quae paucis diebus aperta sinr, dum musteus fructus defervescat, isque saepius ligula purgandus est. Mox deinde fragmina fauorum, quae in sacco remanserunt, retractata exprimuntur, atque id secundae notae mel defluit, et seorsum reponitur, ne quod est optimi saporis hoc adhibito fiat deterius.

Cerae fructus, non omittendus est, cum sit eius usus ad multa necessarius. Expressae fauorum reliquiae, posteaquam diligenter aqua dulci perlutae sunt, in vas aeneum coniiciuntur: adiecta deinde aqua, liquantur ignibus. Quod ubi factum est, cera per stramenta vel iuncos defusa colatur, atque iterum similiter de integro coquitur, et in quas quisque voluit formas, aqua prius adiecta, defunditur: eamque concretam facile est eximere, quoniam qui subest humor non patitur formis inhaerere.

Bombyx.

Insectum hoc magno apud nos educationis et cultus labore tuendum est. Qui hoc negotium curandum suscipit, id primum laborat, ut quod semen aut oua dicunt, alicunde habeat. Quale et quid semen sit, huius animalis primordium, post ostendemus. Semen id charta ex-

K 3

ceptum,

ceptum, in sinu reconditur per biduum aut tri-
duum, quo tempore post germinationem,
mori folia gliscunt, et explicantur, statim tenel-
lis vermiculis tenella subiicienda, vt tepore hu-
mani corporis excludatur: quae princeps et
prima mutatio est. Inde vermiculi fiunt, tam
minuti, vt fere conspectum fallant. Hi *cruca-*
rum sunt seminarium, in quas paulatim gran-
descunt, et augentur. *Vermes sericeos*, opifices
appellant. In coenaculo amplo super mensis
terfis et mundis, arborum fronde constratis,
eae collocantur, alunturque renouatis quotidie
foliis ac recentibus: qua de re videndum est, vt
quam mundissima sit sedes, quoniam eleganti
nitidoque ac puro domicilio potissimum hoc ani-
mal gaudet. Omnium arborum sine discrimine
foliis id vescitur, sed mori albi fronde pastum,
tenuissimam et praeiosissimam lanam praebet.
Quamobrem ea studiosissime comparatur. Trans-
actis aliquot diebus, cum iam frondis et pabuli
satietas est, appositis ramalibus, geniatae prae-
ferim, quibus ob scabritiem filum tenacius ad-
haerescit, per ea repentes, a pabuloque disce-
dentes, nere incipiunt, ac velut in folio quo-
dam et sepulchro se recondere. Opifices tum
ascendere illas dicunt. Qui hoc contemplantur,
apertissime vident, filum id ex eorum corpore
prodire, vt in araneis, telas suas ad muscarum
venatum texentibus. Exterior pars eius stru-
cturae villis sericeis, luteis, congestis semper
hirsuta est, perinde ac si circumdata foret lana
hispida:

hispida : interior spissatur, et durescit ad corticis modum, complanaturque ouata figura, ad animalis intus iacentis, et papilionem vt pariat, sese componentis. Artifices id *cocon* appellant: quod si cultello discindas, erucam compressam, pellucida membrana contextam, aspicias. Lanificium cum est absolutum, nec quidquam praeterea velleris speratur, artifices ouatos illos folliculos ad apricum solem et aestuosum expandunt, vt eius feruore pereat delitescens intus eruca, vel in furno torrent. Sic enim lana tenuior et delicatior carpitur crassescens, et lauioribus texturis inutilis, si expectatur quoad pennatus vermis exeso conditorio prorumpat. Quamdiu filum ducit eruca, et latebras illas sibi aedificat, *Bombylius*, erucæ nomine relicto, vocatur, non a sono quem bombyzationem vocant, sed a bombycio, id est, vellere quod orditur, vnde bombycina vestis nomen habet. Post quadragesimum diem quam eruca se abdidit, et in bombylium mutata est, subnascens papilio, nimirum cornutum insectum, et quatuor alis pennatum, tum succum exhaurit, qui mollitiem velleri praeber, tum exeso folliculo, vt exitum sibi quaerat, velleris extrinsecus incumbentis filum proscindit, ac dissecat, vt eius tractum, qui rota carminare nititur, sequi non possit, sed discrepatur ac diuellatur. Artifices illo vtuntur ad ignobiliora et viliora opera. Vbi prouolarunt *Necydali*, et per aliquot dies huc illuc lustrantes, coeloque reddito fruentes sunt